



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris.  
Theologia Universa**

**Archdekin, Richard**

**Dilingae, 1687**

Hæreses, contra hanc tertiam Theol. partem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38477**

## Secunda III. Cap. III. De Sacramentis.

sufficit tamen suspicio, aut etiam probabilitas, sed requiritur moralis aliqua certitudo adulterii commissi.

Licum est divortium, non tantum ob adulterium, sed etiam propter alias causas, v.g. ob comparsis fævitiam, furorem, lepram, aut alium morbum contagiosum, apostoliam à fide, &c. Non potest tamen id fieri privatâ auctoritate, sed opus est auctoritate legitimi judicis Ecclesiastici. Pater ex *Cap. finali, de conversione conjugatorum*. Et *Cap. illa, de divortio*.

Consensus mutuus conjugum sufficit ad separacionem non tantum quoad thorum, quod certum est, sed etiam quoad habitationem. Ad hoc tamen postremum opus est Ordinarii iudicio & approbatione.

*Moraliter certus* de nullitate matrimonii sibi non potest debitum petere, aut reddere. Qui autem contraxit cum dubio de valore matrimonii *manente dubio*, non potest debitum petere: tenetur tamen reddere comparti per tenet quam bonâ fide contraxit. Pater ex *Cap. Dominus, de secundis nuptiis*. Quod si tunc cum tali dubio contraxerit, neiter potest petere aut reddere: Qui manente tali dubio exponeat se periculo peccandi.

Si quis post matrimonium bonâ fide contractum incepit dubitare de ejus valore, tenetur ad diligenter veritatis inquisitionem, & durante dubio non potest debitum petere: tenetur tamen reddere ob periculum faciendi contra jus alterius. Ita statuit *Cap. inquisitione rhe, de fest. excom.* Quod post debitum inquisitionem nondum sint rationes sufficiens ad iudicandum matrimonium esse probabiliter validum, idem dicendum ut supra, si autem tales adint, potest etiam debitum petere, quia stat pro illo possessio bona fidei.

Qui tunc cognovit consanguineam uxoris sua in primo, aut secundo gradu, non potest debitum petere ob novam affinitatem contractam, potest tamen, & debet reddere. Idem dic de conjugie obstricto castitatis voto, donec a voto suo liberetur. Qui autem contraxit matrimonium obstrictus voto suscipienda Religionis, aut Ordinis facti, graviter quidem peccavit contrahendo & matrimonio consummando: sed post consummationem potest petere, & reddere debitum, quamdiu compars jus retinet illud petendi, Ita Doctores communiter.

*Dispensatio* non cadit in impedimenta iure naturali

*divinitia*, ut sunt error circa personam: Ligamen prioris conjugii: amentia: impotentia ad copulam, &c. in quibus non potest etiam Papa dispensare. In iis autem impedimentis, quæ solo iure Ecclesiastico matrimonium dirimunt, potest dispensare, non tamen licet abque justa causa. Et in hoc casu censenda est invalida dispensatio, utpote subrepitum non sit presumendum voluisse Pontificem faciem quod ei licitum non fuit.

*Causa legitimæ dispensandi* haec potissimum ab auctoribus numerantur: Extinctio magnæ litis, pars consanguineorum, evitatio scandali, conservatio illustri familiæ in eodem semine, excellens meritorum pertinentis dispensationem: & his deficientibus suppetat potest multa pecunaria proportionata in causas prius aut bonum publicum.

*Episcopus* etiam ob gravem causam potest ex tacita Pontificis licentia post contractum matrimonium dispensare in predictis impedimentis, si adint sequentes conditions. 1. Si impedimentum sit occultum, matrimonium autem publicum. 2. Si denunciations aliaeque solemnitez non fuerint culpabiliter omite. 3. Si bonâ fide initum fuerit matrimonium. 4. Si separatio non possit fieri absque scandalo. 5. Si nimis difficultis sit recursum ad Pontificem, aut ejus Nuntium, aut alium habentem expressam dispensandi facultatem. Ita *Autores communiter*.

*Cetera Præctica de Matrimonii impedimentis, revalidatione, dispensatione, etiam Penitentiaria Remat traduntur fusò infra Tract. IV. Cap. VIII. usque ad finem.*

## Hæreses &amp; Errores.

*Contra hanc Theologæ Partem Tertiam de Sacramentis, adducuntur cum suis Auctoribus ac refutatione in fine Tomi I. hujus Operis sub titulo Notiæ generalis Dogmatum ab Ecclesia damnatorum, ordine Alphabetico, pag. 144. & seq. sub his titulis particularibus, *Sacramentum, Baptismus, Aqua, Abjuratione, Confessio, Contritus, Confirmatio, Eucharistia, Missa, Nuptia, sive matrimonium, Ordo, Penitentia, Sacerdotium, Unio Extrema*.*

Item, *suprà Part. II. Contr. 10. §. 6. pag. 135. De Sacramentis & eorum effectibus*.

## COLLECTIO BREVIS

CONTROVERSIARUM THEOLOGICARUM MODERNARUM,  
quæ etiam in Belgio inter Partes varias in Scholis aut libellis præcipue sunt agitate, & quarum materiæ suis locis hic annotatis tractantur.

**D**E PRÆDESTINATIONE ET GRATIA. *An Prædestination sic facta sit, ut Deus ex massa damnata, ante omnem prævisionem meritorum, unum elegit ad gloriam, & alium in Massa damnata reliquerit. Et sic ut Doctrina opposita dicitur possit censurata? Vide supra Part. 2. Controversia 3. pag. 120.*

*An etiam sic, ut aliquibus ex his Deus neget etiam gratiam sufficientem. Vide supra Part. 2. controversia 5. §. 3. pag. 124.*

*An recte dicitur Christum pro omnibus non esse mortuum? Tract. 2. Capite 2. pag. 65. 66. & seq.*